



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

Capvt. IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

MATTHAEVM. ~~fol.~~ Fo. III.

tismū suū,dixit illis. Progenies viperarū,quī vobis submonstra
uit,vt fugeretis a vētura ira? Facite igit̄ fructus,qui deceant pœ
nitentiam. Et ne sitis hac mente,vt dicatis intra vosip̄os,patrem
habemus Abraham. Dico enim vobis quod possit deus facere,
vt ex lapidibus his,filij surgant ipsi abrahæ. Iam vero & securis
ad radicē arborū posita est. Omnis igit̄ arbor quæ non facit fru
ctum bonū,excidiē,& in ignē mittiēt. Ego quidem baptizo vos
aqua ad pœnitentiā. At ille qui post me venturus est,fortior me
est,cuius non sum idoneus vt calcia menta portē. Ipse vos bapti
zabit spiritu sancto & igni,cuius ventilabrum in manu ipsius,&
repurgabit aereā suā,& cōgregabit triticū suū in horreū,paleā aut
exuret igni inextiguibili. Tūc accedit Iesus a Galilea ad Iordanē
ad Ioannē,vt baptizaret ab illo. At Ioānes phibebat illū dicens,
Mihi opus est,vt abs te baptizer,& tu venis ad me? Respondens
autem Iesus dixit ad illū,omitte nunc. Sic enim decet nos,vt cō
pleamus omnem iusticiam. Tunc omittit illū. Et baptizatus Ies
sus,ascendit protinus ab aqua,& ecce apperti sunt illi cœli,& vi
dit spiritū dei descendente tanquam columbā,& venientem super
ipsum. Et ecce vox de cœlis dicens, Hic est filius meus dilectus,
in quo mihi bene complacitum est.

CAPV T. III.

Vnc Iesus subductus fuit in disertū a spiritu,vt tens
caret a diabolo. Et cū iejunasset dies quadraginta, ac
noctes quadraginta, tandem esuriret. Et cū accessisset ad
eū ille qui tentat,dixit,Si filii es dei,iube vt lapides hī panes fi

SECVNDVM. TTAM

anti At ille respondens dixit, Scriptū est. Non solo pāne vicitur
est homo, sed om̄i verbo quod egreditur per os dei. Tunc assumit
illū diabolus in sanctā ciuitatē, & statuit eū super pinnaculū tem/
pli, dicitq̄ illi. Si fili⁹ es dei, pr̄cipita te deorsum. Nā scriptū est,
Angelis suis mandaturus est de te, ac manibus tollent te, ne quā/
do impingas in lapidē pedē tuū. Dixit illi Iesus, rursum scriptū
est, Nō tentabis dominū deū tuū. Rursum assumit illū diabolus
in montē excelsum valde, & cōmonstrat ei omnia regna mundi,
& gloriā illorum, & dicit illi. Hęc omnia tibi dabo, si prostratus
adoraueris me. Tunc dicit illi Iesus. Abi satana. Scriptū est em̄,
Dominū deū tuū adorabis, & illū solū coles. Tunc om̄ittit illum
diabolus. Et ecce angeli accedebant, ac ministrabant ei. Cum au/
disset autem Iesus, quod Ioannes traditus esset, secessit in Galil/
eā, & relicta Nazareth, profectus habitauit in Capernaum,
quę est ciuitas maritima, in finib⁹ Zabulon & Neptalim, ut im/
pleretur quod dictum fuerat per Esaiam prophetam dicentem,
Terra Zabulon & Neptalim iuxta viam maris, vltra Iordanem,
Galilæa gentiū, populos qui sedebat in tenebris & umbra mor/
tis, vidi lucem magnā, & qui sedebat in regione & umbra mor/
tis, lux orta est eis. Ex eo tempore cœpit Iesus prædicare, & dis/
cere, Resipiscite, instat em̄ regnū cœlorum. Ambulans aut̄ Iesus
iuxta mare Galilæe vidi duos fratres, Simonem qui vocabatur
Petrus, & Andream fratrem eius, facientes rete in mare (Nam
erāt pīscatores) & dicit illis, Sequamini me, & faciam vos pīscat/
ores hominū. At illi relicti illoco retib⁹, secuti sunt illū. Et pro/

MATTHEVM. Fo. V.

gressus illinc, vidit alios duos fratres, Iacobū filium Zebedæi, & Ioannē fratrē eius in naui, cū Zebedæo patre suo, sarcientes re/ tia sua, & vocauit eos. At illi protinus relicta naui & patre suo, se/ cuti sunt eū. Et circumibat totā Galilæam Iesus, docens in syna/ gogis illorū ac prædicans euangeliū regni, & curans omnē mor/ bū, & omnē languorē in populo. Et dimanauit fama illius in to/ tam Syriam. Et adduxerunt ad illū omnes male affectos, varijs morbis ac tormentibus contractos, & demoniacos, & lunaticos, & paralyticos, sanauitq; illos. Et secutæ sunt eum turbæ multæ, a Galilæa ac Decapoli, & Hierosolymis, & Iudæa, & a regioni/ bus trans Iordanem sítis.

CAPVT. V.

Vñ audisset autē turbas, ascendit in montē, & cū con/ sedisset, accesserunt ad illū discipuli eius, & postquam apperuisset os suū, docebat illos, dicens, Beati paupe/ tes spíritu, quoniā illorū est regnū cœlorū. Beati qui lugēt, quo/ niā ipſi consolationē accipient. Beati mites, quoniā ipſi heredita/ tē accipient terræ. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā, quoniā ip/ ſi saturabunē. Beati misericordes, quoniā ipſi misericordiā con/ sequentur. Beati mundo corde, qm̄ ipſi deū videbūt. Beati paci/ fici, quoniā n̄ filij dei vocabuntur. Beati qui persecutionē patiun/ tur propter iustitiā, quoniā illorū est regnum cœlorū. Beati estis, cū probra iecerint in vos homines, & insectati fuerint, & dixerint omne malū verbum aduersus vos mentientes, propter me. Gau/ dete & exultate, quoniā merces vestra multa est in cœlis. Sic em̄